



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**  
**Salisburgi, 1693**

45. De Reliquiis, & Veneratione Sanctorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

## TITULUS XLV.

## De Reliquiis &amp; Veneratione Sanctorum.

## SUMMARIUM.

1. Papa solus approbat & canonizat Sanctos.  
 2. Mosus in Sanctorum, reliquiarum & imaginum veneratione tollendi.  
 3. Episcopus quid possit vigore Concilii Trid. in recognitione miraculorum & Reliquiarum.  
 4. Quod qualiter liceat hominem cum fama sanctitatis defunctum publice vel privatim colere, de eo libri edere &c.

In duobus Capitulis hujus Tit. id solim statuitur, ne liceat aliquem pro Sancto venerari, vel reliquias novas ad publicam venerationem exponere absque Summi Pontificis approbatione. Item ne veteres etiam Reliquiae venales profertur, aut minus crebro, praesertim extra thecas populo exhibeantur, unde potius earum vilipendium, quam debitum honor subsequatur. Et demum ut Praelati caveant, ne qui ad eorum Ecclesias causa devotionis accedunt seu peregrinantur, variis figmentis aut falsis documentis de Sanctis, eorumque reliquiis, & miraculis forsitan ad faciendum turpem questum & lucrum decipiantur.

Praeterea hodie decrevit Concilium Trid. *in Decret. de Invoc. & vener. Sanct. ut omnis superstitio in Sanctorum veneratione, Reliquiarum veneratione, & imaginum sacro usu tollatur; omnis hujusmodi questus eliminetur; omnis denique superstitione vitetur, ita ut praenunci venustate, & Sanctorum celebratione, ac Reliquiarum veneratione homines ad comestiones, atque ebrietates non abutantur; quasi festi dies in honorem Sanctorum per luxum ac lasciviam agantur. Hac ut fidelius observentur, statuit S. Synodus,*

*nemini licere ullo in loco, vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam ponere imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit; nulla etiam admittenda esse nova miracula, nec novas reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscite & approbante Episcopo.*

Verum quod in hoc Concilii textu de approbatione Episcopi circa nova miracula & novas Reliquias dicitur, non eo sensu intelligendum est, quasi Episcopo detur potestas, aliquem pro Sancto declarandi, aut miracula, vel Reliquias homini a Pontifice non canonizati vel beatificati authentice approbandi, sed id tantum conceditur Episcopo, ut si circa aliquem Sanctum legitime a S. Pontifice canonizatum, vel beatificatum, aut saltem communi Ecclesiae usu & consensu a longissimis temporibus pro tali habitum nova miracula & Reliquiae proferantur, tunc talia non prius recipienda sint, nisi Episcopus recognoverit & approbaverit.

Coeterum si quis homo probus cum indicis & fama sanctitatis decesserit, non poterit tamen Episcopus indulgere, ut talis ante approbationem S. Pontificis publicam venerationem colatur, cum radiis aut diademate, aliisque sanctitatis signis pingatur, eidem tabellae pictae miracula continentis, vel alia anathemata appendantur, &c.

Si vero aliqui ex privata devotione, vel divino instinctu talem pie defunctum venerentur & invocent, atque gratias vel miracula sibi obvenisse afferant, tabellas offerant &c. licebit Episcopo super assertis veritatem indagare, testes & documenta recipere, oblata in separato & privato loco asservare, ut desuper suo tempore Sedes Apostolica informari possit.

Libri quoque de gestis, miraculis, revelationibus & similibus talium hominum in opinione sanctitatis existentium non prius

imprimi debent, quàm Ordinarius adhibito consilio Theologorum & aliorum piorum virorum recognoverit, eaque de re instructionem ad Sedem Apostolicam miserit, eiusque responsum acceperit; prout hæc omnia disertè habentur in duobus decretis Urbani P. VIII. quæ referuntur à Barbofa in *Collect. DD. ad c. 2. h. t. n. 6.* & inserta sunt in Bullario Angeli Cherubini. *Tom. 4. pag. 54. incip. Sanctiss. D. N.* & videri poterit prolixius idem Barbofa in *Tract. de Offic. Episc. p. 3. alleg. 97.*

TITULUS XLVI.  
De Observatione Jejuniorum.

**I**N textu *hujus Tit.* enumerantur in primis Vigiliæ, quibus indicitur jejunium; deinde quòd propter necessitatem famis, vel infirmitatem corporalem, aut debilitatem possit in quadragesima, vel alijs jejunijs diebus dari licentia comedendi carnes, & in hoc sit attendenda consuetudo Regionum: *Preces tamen sint pro talibus & cum talibus effundenda, ne ipsis aliquatenus imputetur; cum bonarum mentium sit, ibi timere culpam, ubi culpa minime reperitur.* Et demùm quòd si Natalis Domini incidat in feriam sextam, tunc propter excellentiam festi liceat comedere carnes, exceptis illis, qui ex voto, aut regulari observantiâ tenentur abstinere.

De hæc materiâ communi & practicâ latè tractant Casistæ, nos tamen etiam hic quædam scitu magis necessaria breviter subjungemus.

SUMMARIÆ.

1. Jejunium incidens in bacchanalia potest anticipari.
2. Quales cibi interditi in jejunio.
3. De Refectione.
4. De tempore refectionis.

5. *Causæ excusantes à jejunio.*  
6. *Hæreticorum siles ex contemptu ipsius comparantur dissolutis Minuibus.*

**Q**uibus diebus jejunia servanda sunt in Calendario satis apparet nisi quòd scopus ex causa jejunium transferre possit, ut si Vigilia S. Matthiæ incidat in triduum Bacchanalium, ubi pauci fervorem jejunium poterit id anticipari in Sabbato. *Lib. 4. tract. 8. c. 3. in fin.* Consilium autem jejunium Ecclesiasticum in tribus, immo

I. In defectu ciborum, ut abstinere carnibus; & quidem de Jure Canonico tantum à carnibus, sed etiam lactibus, quæ trahunt sementinam originem, ut caseo, lacte, ovis, abstinendum est. *2. n. 1. quod tamen immutavit. In hoc cent Gl. in c. Presbyter. 3. d. 12. & admonere. 8. V. carnem. caus. 33. 1. 2. Host. in Sum. de Observ. jejun. Sylv. jejun. num. 10.* cum concessione lactis & rum etiam lardi & sagiminis ulum concessum intelligi, cum formaliter non sit, nec videatur major ratio in caseo v. g. in sagimine &c. Verùm in nostris partibus hæctenus id non receptum est, nec introducendum, ne paulatim in jejunio ges licentiosius peccetur. Interea Paul. Laym. *d. l. c. 1. n. 3.* propter auctoritatem DD. ex causa inopia, vel alia causa per Parochum concedi posse, ut v. g. butyri lardo vel sagimine uti liceat.

II. Requisitum est, ut in die una refectio fiat. Sed Sylv. *d. l. n. 9.* citat refert diversas DD. opiniones, ex quibus plerique sentiunt, consuetudine potius universali Ecclesiæ, quam jure aliquo immutari plures comestiones in die probari. Hæc pro consuetudo in plerisque locis ita tenet